



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll. Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher. Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations. Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll N2 [This Roll was previously named T.]

Roll N2 [previously T] (recto)

T

Part 1 [Wednesday] 12 May 1647

Manerium de Dulwich in Comitatu Surreie

VISUS Franci plegii
Cum Curia Baronis ibidem tenta
duodecimo die Maij Anno Regni

domini nostri Caroli nunc Regis Anglie &c vicesimo tercio

Essoynie		Johannes Rumsey essoyniatur per Danielem Scrivener
		Johannes Loyd essoyniatur per Danielem Scrivener
		Robertus Holmes essoyniatur per Nicholaum Bodger
		Valentinus Daniell essoyniatur per Nicholaum Bodger

Juratores		Phillippus Collins -----		Johannes Kempshall	Jurati		Willelmus Cope -----	Jurati
		Ricardus Wells -----		Matheus Sheppard			Johannes Barrett ----	
		Thomas Hammond -----		Danielis Scrivener			Johannes Starkey --	
		Johannes Hall -----		Henricus Collins ----			Thomas Stepus	
		Edmundus Cursons -----		Johannes Bodger ---			Johannes Redman --	

Ad hanc Curiam compertum est per Homagium quod Thomas Richardson et Ellena uxor eius natives x x tenentes huius Manerij sursum reddiderunt tres pecias vel parcelas terre tentas de hoc Manerio modo sequente x videlicet unam peciam vel parcelam terre continentem per estimacionem duas acras sive plus sive minus iacentes super terram Collegij in occupacione Johannis Barrett sive assignatorum suorum versus Boream x

et super terram dicti Collegij in occupatione Johannis Starkye v^{er}sus Orientem et super terram Collegij in occupatione Edwardi Cursons v^{er}sus Austrum et Occidentem Unam peciam et parcellam terre continentem per estimationem duas acras sive plus sive minus iacentes inter terras dicti Collegij in x x x occupatione dicti Edwardi Cursons Et aliam tertiam peciam vel parcellam terre continentem per estimationem duas acras sive plus sive minus iacentes super terram Collegij in occupatione x Roberti Dawlman v^{er}sus Orientem et super terram Collegij p^{re}dicti in occupatione Elizabethæ x Downer v^{er}sus Austrum et super terram dicti Collegij in occupatione Thome Downer in parte v^{er}sus Occidentem et in parte v^{er}sus Borealem et super terram Collegij p^{re}dicti in occupatione cuiusdam Willelmi Staples in alia parte v^{er}sus Boream In manus Edmundi Cursons et Johannis Dunn x duorum nativorum tenentium huius Manerij in p^{re}sentia Georgij Ridge in loco Ballivi domini Ad opus et usum Roberti Dawlman de Dulwico[sic] p^{re}dicti in Comitatu Surrey p^{re}dicti Armigerum et Elizabethæ uxoris eius et heredum p^{re}dicti Roberti Dawlman secundum consuetudinem Manerij p^{re}dicti Qui quidem Robertus Dawlman p^{re}sens hic in Curia petit ad p^{re}missa p^{re}dicta sic ut p^{re}fert^{ur} sursum reddicione Ad opus et usum eiusdem Roberti et Elizabethæ uxoris eius et heredibus ipsius Roberti admissionem et admissi sunt inde tenentes tenendum p^{re}dicto Roberto et Elizabethæ et heredibus p^{re}dicti Roberti Ad voluntatem Domini[sic] secundum consuetudinem Manerij p^{re}dicti Et Dominis de fine Et p^{re}dictus Robertus fecit fidelitatem &c /

Et postea videlicet secundo die Julij anno vicesimo tercio sup^{ra} dicto p^{re}dicti Thomas Richardson et Ellena uxor eius venerunt ad Senescallum Curie p^{re}dicte et ad tunc p^{re}dicta Ellena sola examinata coram eodem Senescallum et Confessit quod nec motu nec vi coacta nec dolo circumventa sed secreta et spontanea voluntate sursum reddidit ut p^{re}dict^{ur} terras p^{re}dictas Ad opus et usus[sic] sup^{ra} dictum Et iidem Thomas et Ellena ad tunc super examinationem p^{re}dictam sursum reddiderunt et relaxaverunt x in manus Domini per manus Senescallum p^{re}dictum totum statum titulum et interesse sua in terris p^{re}dictis

ad opus et usum p^redictum secundum Consuetudinem Manerij p^redicti

Thomas Stephus[sic] electus est per Juratores in officio Constabularii pro uno Anno integro nunc x
proxime sequentem et iuratus fuit in plena Curia -----

Johannes Hall et Johannes Kempshall electi sunt per Juratores in officio de headborrowes pro uno
anno integro proxime sequentem et iurati sunt in plena Curia -----

Henricus Mathewes electus est per Juratores in officio Aleconner pro uno Anno integro proxime
sequentem et iuratus fuit in plena Curia -----

Part 2 [Monday] 1 November 1647

Manerium de | Ad Curiam Baronis ibidem tentam primo die Novembris Anno Regni x
dulwich ----- | domini Caroli nunc Regis Anglie &c vicesimo tercio Annoque Domini 1647

homagium | Robertus Dawlman |
| Edmundus Cursons | Jurati |

Ad hanc Curiam compertum est per homagium quo^d citra ultimam Curiam et ante hanc Curiam x
Maria uxor Johannis Dunn nativa tenens huius Manerij de quodam costumario messuagio
sive tenemento cum pertinenciis et de quibusdam terris costumariis tentis de hoc Manerio objit inde
seisita sibi et heredibus suis secundum consuetudinem Manerij p^redicti Et quo^d Johannes Staples vincus filius
Samuelis Staples defuncti Qui quidem Samuelis fuit dum vixit filius p^redictae x

Marie per Johannem Staples quondam virum eiusdem Marie est nepos et heres p^{re}dicte x
 Marie messuagii et terrarum p^{re}dictarum secundum consuetudinem Manerij p^{re}dicti Qui quidem Johannes nepos x
 est infra etatem viginti et unius annorum videlicet^t etatis sex annorum et est p^{re}sens hic in x
 Curia Et per Franciscam Staples viduam matrem suam ut gardiana eiusdem Johannis x x
 petit quod p^{re}dictus Johannes nepos ad p^{re}missa p^{re}dicta admitti Cui quidem Johanni ut x
 heredi p^{re}dicte Marie per p^{re}dictam Franciscam gardianam suum Domini per Senescallum suum liberavit
 inde seisinam per virgam tenendum sibi et heredibus suis ad voluntatem Dominorum secundum consuetudinem x
 Manerij p^{re}dicti Et dat Dominis de fine tresdecim libros Et pro herriot quadraginta
 solidos Et admissus est inde tenens sed respectuat^{ur} fidelitas &c propter minoritate
 p^{re}dicte tenente

*fine 13^{Li}
 herriot 40^S*

Part 3 [Thursday] 27 April 1648

Manerium de | | Visus Franci plegii Cum Curia Baronis ibidem tenta die Jovis vicesimo septimo
 dulwich | | die Aprilis Anno Regni domini Caroli nunc Regis Anglie &c vicesimo
 | | quarto

Essoynie | Robertus Ballett Rogerus Hamond Robertus Holmes &c

Juratores	Robertus Dawlman	Jurati	Valentinus Daniell	Jurati	Thomas Stephus	Jurati
	Phillippus Collins ---		Danielis Scrivener		Nicholaus Bodger	
	Thomas Hamond		Ricardus Welles -----		Henricus Mathewes	
	Johannes Starkye --		Nicholas Staples		Thomas Oxleye	
	Johannes Hall -----		Edmundus Cursons --		Johannes Ballett	

Decener Edmundus Redman filius Edmundi Redman etatis septemdecim annorum in allegancia
plus indorsatum

[End of N2 [previously T] (recto). N2 [previously T] (verso) follows below.]

Roll N2 [previously T] (verso)

Tv

Part 3 (continued) [Thursday] 27 April 1648

Danielis Scrivener iuratur in officio Constabularii pro uno Anno integro proxime sequentem
per elecionem Juratorum

Valentinus Daniell et Thomas Oxleye iurantur in officio de headborrowes pro uno
Anno integro proxime sequentem per eleccionem Juratorum

Thomas Wingfeild Juratur in officio Aleconner pro uno Anno integro proxime sequentem
per eleccionem Juratorum

Item ad Curiam Baronis ibidem tentam primo die Novembris Anno Regni domini Caroli nunc Regis Anglie
&c vicesimo tercio p^{re}sentat fuit per homagium quod citra adtunc ultimam Curiam et ante
istius Curiam Maria uxor Johannis Dun[sic] nativa tenens huius Manerij de quodam
Messuagio sive tenemento cum pertinenciis et de quibusdam terris nativis tentis de hoc Manerio
objit inde seisita sibi et heredibus suis secundum Consuetudinem Manerij p^{re}dicti Et quod Nichol^aus x
Staples per Johannem Staples quondam virum p^{re}dicte Marie defunctum filius et

[in pencil:]

A.....
1645

heres p^{re}dicte Marie secundum Consuetudinem Manerij p^{re}dicti fuit defunctus sine exitu Et x
 quod Johannes Staples vincus filius Samuelis Staples filij p^{re}dicte Marie fratrem
 p^{re}dicti Nicholaij etiam defuncti etatis sex annorum fuit nepos et proximus heres p^{re}dicte
 Marie messuagii et p^{re}missorum p^{re}dictorum Super quo p^{re}dictus Johannes Staples infans
 per Franciscam Staples matrem suam fuit admissus pro ut per Rotule Curie x x
 apparet Modo nunc ad hanc Curiam venit p^{re}dictus Nicholaus Staples sic ut
 p^{re}fertur heres secundum Consuetudinem Manerij p^{re}dicti messuagii et p^{re}missorum p^{re}dictorum Qui quidem Nicholaus
 nauta existens per separalos annos elapsos in partibus transmarino transivit et tam per longam
 moram ibidem quam per certificationem aliquorum residentium in partibus illid falso suppositus fuit x
 defunctus esse Et petit quod messuagium et p^{re}missa p^{re}dicta de quibus ut p^{re}fertur p^{re}dicta x
 Maria mater sua obijt seisata admitti Cui quidem Nicholao ut filio et proximi heredi
 p^{re}dicte Marie Dominus per Senescallum suum liberavit inde seisinam per virgam tenendum sibi x
 et heredibus suis ad voluntatem Dominorum secundum Consuetudinem Manerij p^{re}dicti Et dat Dominis de
 fine [?tresdecim libros] Et pro herriott [?quadraginta solidos] Et admissus est inde tenens Et p^{re}dictus
 Nicholaus fecit fidelitatem &c /

Item p^{re}sentant quod Georgius Portman x x x x Johannes Abbot x x x x Robertus
 Ballett x x x x Matheus Sheppard x x x x x x x x Et [Thomas] ^ Rand pres
 x x x x x x x x in defectu comparentiæ ad hanc Curiam quilibet eorum in misericordia ut patet super
 misericordia eorum capita

Item Ordinatum est quod Johannes Abbot Edificat pontem suum et purgat fossam suam a domo
 Ricardi Collins usque ad finem deles Rayles in Regia via ante festum Nativitatis sancti Johannis
 Baptiste proxime sequentem et pro qualibet virgata anglice a rodd fosse p^{re}dicte tunc minime x

purgat solvat duodecem denarios

Item Ordinatum est quod [Bethiah] Downer vidua facit sufficientem fensuram versus Comuniam iacentem iuxta Lanes pond ante festum nativitatis sancti Johannis Baptiste proxime sequentem ^{Et} pro qualibet virgata anglice a rodd inde tunc minime p^{re}septa solvat duodecim denarios

Item Ordinatum est quod Nicholaus Mitchell implevit Cavum anglice the hole iuxta ostium domus sui in regia via ante festum Sancti Johannis Baptiste proxime sequentem et si x defecerit solvat quinque solidos

Item agreeatum est concernente vastum anglice the waste Stagni anglice the x x pond in Orientale parte pomarij Johannis Halles quod Robertus Dawlman facit pontes sufficiente et assidue agit fossam purgatam esse pro asportacione Vaste aque dicti Stagni circa Viridarium anglice the Greene iacentem ante domum eiusdem x x Roberti Dawlman

Item Ordinatum est quod Ricardus Perry purgat comunem canalem anglice the x Common Sewer ab australis Orientalis Angulo anglice South East Corner x pomarij usque ad angulum dele Court Meade Et quod facit ianuam acquaticam x anglice ~~athe~~ Watergate ad Australem Orientalem Angulum pomarij pro asportacione aque a comuna ante festum S^{ancti} Michaelis Archangeli proxime sequentem ^{Et} pro defectu inde solvat duodecem denarios

Item Ordinatum est quod [Thomas] Rand purgat fossam suam a fine acquilonem agri

Thome Stephens[sic] usque angulum iacentem versus domum Mathei Sheppard et quod facit pontem ad ianuam ingredientem agrum suum ante festum Nativitatis domini x proxime sequentem Et pro defectu inde solvat duodecim denarios

Item presentant quod Robertus Glover Ballivus non manutenet parcum anglice the pound sabulo anglice with Gravell ita quod averia ibidem imparcata lutulenta sunt et spoliata

finis per  Senescalium ibidem

[End of Roll N2 [previously T].]